fecti · quibus dixit laudicius · quid est · de
posuistis uanam superstitionem & adorastis
deos quos imperatores adorant · Respondit
sysinnius diaconus · nos peccatores adoramus
dnm ihm xpm di filium · nam demonibus & lapi
dibus numquam humiliamur · Laudicius dixit ·
Deferatur tripoda & turificent maiestatibus ·
Saturninus dixit · Conterat dns ds deos genti
um · & continuo soluta est tripoda erea uelut
lutum · Tunc uidentes duo milites papias &
maurus · coeperunt clamare & dicere · Uere
ds & dns ihs xps quem colunt sysinnius diaconus
& saturninus · Iratus itaq; laudicius iussit eos
in aculeo leuari · & cum traherentur · neruis ·
fustibus & scorpionibus caesi sunt · Illi autem
clamabant dicen(tes) · Gloria tibi dne ihu xpe quia
meruimus socii fieri seruorum tuorum · Tunc
papias & maurus clamabant dicentes · ut quid
uos sic coartat diabolus in seruis ista di exerce
re · Iratus laudicius · iussit utrum lapidibus os
eorum contunderetur · & retrudi in carcerem ·
Saturnino itaq; & sysinnio flammas ad latera
poni · Illi autem pendentes in aculeo · uultu
alacri gratias do agebant · Eodem die dedit eis
capitalem subire sententiam · & depositi de ecu
leo · ducti sunt uia numentana miliario secundo ·
& capite sunt truncati · Eorum corpora collegit
thrason cum iohanne prbo · & sepeliuit in pdio
suo uia salaria · sub die quarto kalendarum
decembrium · Post dies duodecim iussit laudi
cius praefectus papiam & maurum milites qui
baptizati fuerunt a beato marcello epo sibi prae
sentari in circo flamineo · quos cum uidisset ·
dixit ad eos · Nunc cognoui quod & uos xpiani
sitis · Dixit papias · Uere xpiani · Dicit ad eos
laudicius · Deponite & absoluite uanam falla
ciam · & adorate deos quos principes adorant ·
Respondit maurus & dixit · Adorant eos qui
desperauerunt de animabus suis · ut in ęternū
pereant · Laudicius praefectus dixit · modo
uos desperatis de animabus uestris · si non sa
crificatis diis inmortalibus · Audite & facite
& uiuite · Respondit papias · sacrificatu &
uiues in tormentis aeternalibus · Tunc ius
sit eos sterni in terra · & fustibus cedi · Et dū diu
cederentur · nulla uox ex eis audita est · nisi
tantum · xpe adiuua nos seruos tuos · Tunc
iussit eos leuari de terra · & plumbatis cedi ·
& dum diu cederentur · emiserunt spm ·
Quorum corpora collegit noctu iohannes
prbr · & sepeliuit in uia nomentana · sub die
quarto kalendarum februariarum · ad nym
phas beati petri · ubi baptizabat · post dies
multos narrauit omnia laudicius praefect ·
augustis diocletiano & maximiano de militib ·
& de scis quos interfecerat · Et gauisi sunt
diocletianus & maximianus augusti · post
paucos dies · nuntiatum est diocletiano augusto ·
eo quod filia eius arthemia · demonio uexa
retur · Unde ingenti afflictione contrista
tus est · & die praesente noluit comedere cibū ·
Et dum multo tempore in custodia esset bea
tus cyriacus · etiam de eo obliuio erat facta ·
multi xpiani pergebant ad eum in custodia
& caeci inluminabantur · & infirmi salui fiebant
a languoribus suis · Coepit urgueri arthemia
a demonio filia diocletiani · Hoc cum nuntia
tum fuisset diocletiano augusto · Intrauit
ad eam in cubiculum · & ecce ipse demon coepit
clamare per arthemiam praesente diocletiano
dicens · nisi uenerit cyriacus diaconus · non ex
eo · Misit diocletianus ad eum in custodia ubi
erant claui · constrictus cum largo & zma
ragdo · & eiecit de custodia · & cum praesenta
tus fuisset diocletiano augusto · coepit rogare
eum · ut intraret ad filiam eius · Et dum intro
isset ad eam · dixit cyriacus · In nomine dni nri
ihu xpi · praecipio tibi ut exeas ab ea daemon ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0149